



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

273. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

130 REGINONIS LIB. I.

dominicam coram Presbytero decantet; & ut Presbyter omnibus patrinis annuntiet quod debitores sint suis filiolis, cum ad intellegibilem aetatem venerint, haec eadem insinuare.

Ex Capitularium lib. II.

Concil. Mo-
gunt. sub Kar.
M. c. 47.
Lib. 2. Capi-
tular. c. 39.

CCLXXXIII. Præcipimus ut unusquisque compater & proximi spirituales filios suos catholicè instruant. [Vide Capitulare Abytonis Episcopi Basileensis cap. 18. item Capitula ejusdem cap. 25. in to. vi. & viii. Spicilegium Dacheriani.]

Ex eodem, cap. XLIX.

Concil. Are-
lat. 6. c. 19.
Lib. 2. Capi-
tular. c. 46.

CCLXXXIV. Ut parentes filios suos, & patrini eos quos de fonte suscipiunt, erudire summopere studeant; illi, quia eos genuerunt & eis à Domino dati sunt; & isti, quia pro eis fidejussores extiterunt.

De Letania majore. *Ex Concilio Moguntiacensi.*

Concil. Mo-
gunt. sub Kar.
M. c. 33.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 86.
Burchard. lib.
13. c. 6.
Vide Concil.
Aquisgr. anni
836. c. 10.

CCLXXXV. Placuit nobis ut letania major observanda sit à cunctis Christianis die septimo Kalend. Maij, sicut legendo reperimus, & sicut sancti patres nostri constituerunt, non equitando, non pretiosis vestibus induiti, sed cinere respersi, & cilicio induiti, nisi infirmitas impedierit.

De jejunio rogationum.

Burchard. lib.
13. c. 7.
* Editio Hel-
mestad. infe-
ritarentur

CCLXXXVI. Cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec hujus flagelli aliquod remedium invenire possent, congregati tra-